

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Türkische Texte mit französischer Übersetzung - Cod. St. Märgen 1

[Straßburg?], [um 1720]

Caput tertium

[urn:nbn:de:bsz:31-161021](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-161021)

dari tredecim verborum trilaterorum seu tres tantum in radice literas habentium, quatuor autem verborum quadrilaterorum, seu quatuor in radice literas habentium.

Primam trilateri conjugationem nudam & simplicem reliqua per omnia ferè sequuntur, paucis exceptis, de quibus suo loco.

Cum autem ratione vocalis secundæ radicalis prima etiam conjugatio sex modis variare possit futurum suum, ideo ex hac prima nostra conjugatione sex confecit Guadagnoli, cui non refragatur quidem, sed brevitati studentes in uno eodemque paradigmate primæ nostræ conjugationis malumus cum Erpenio rem totam compendio absolvere.

Perfæ sequuntur Arabes in divisione suorum modorum ac temporum, nempe in Præteritum, in Futurum, (quod non abs re Aoristum vocat Lud. de Dieu) in Imperativum, in Infinitivum, & in Participium. Supplentur autem reliqua tempora & modi per adjectionem particularum aut literarum capiti temporis intenti, ut in paradigmatis explicabimus.

Numerus duplex, Singularis & Pluralis; Duali enim omnino carent Perfæ.

Personæ tres, in quibus nulla sexus aut generis ratio.

Conjugationes possunt statui duæ. Cum enim Infinitivus verbi cujusque exeat in *دن* den, ut *دادن* *dāden*, dare, vel in *تن* ten, ut *داشتن* *dāsten* habere: quantumvis in formatione temporum admodum nihil differant: duo eorum dabimus paradigmata, præmissâ tamen, ut jam innuimus, conjugatione verbi substantivi *بودن* *būden*, esse, seu *ام* em, sum.

CAPUT TERTIUM

De conjugatione verbi substantivi *اولم* *olmak*, esse, & fieri, ejusque negativi *اولم* *olmamak*, non esse, non fieri.

Hoc verbum *اولم* *olmak*, quando significat fieri, werden / conjugatur regulariter; sed cum adhibetur substantive, & significat esse, sein / est anomalum, & sic conjugatur

Indicativi Præsens.

Sing. *ايم* im, *ام* em & *يم* im, rarius *يم* im, *م* em & *يم* im etiam *ؤم* um, *اين* vel *ين* in, sum; *سين* sin, es.

در vel rarius *دور* dūr, est.

Plur. *ايز* vel *از* vel *يز* vel *ز* iz, & rarius *وز* ūz, sumus.

سز vel rarius *سيز* siz, & *سيز* syn-yz, estis.

دورلر dūrler, vel *در* dūr, sunt.

ايم im, & *ام* em, vel *يم* im, sum, ut & *ايز* vel *از* yz, sumus postponuntur absolute & disjunctim; conjunctim autem affiguntur *م* em vel *يم* im aut *ؤم* um, & quod rarius scribitur *يم* im, sum; sic *ز* yz vel rarius *ؤز* ūz, & *يز* iz, sumus, ut *كوزلم* *gūzelem*, vel *gūzelim*, vel rarius *gūzelüm*, pulcher sum, quod, si vis, etiam separatim dices *كوزل ايم* *gūzel im*, & sic in aliis personis *كوزلسن* vel *كوزل سين* *gūzel syn*, pulcher es, *كوزلدر* *gūzel dūr*, pulcher est, vel sine *در* dūr *كوزل* *gūzel*, pulcher est; *در* dūr, enim saepe supprimitur, ut non rarò in Latinis, & ferè semper in Polonicis, Hungaricis, & maxime Arabicis. In Plurali similiter *كوزلز* vel *ايز* *كوزل* *gūzelyz*, pulchri sumus, *كوزلسز* vel *كوزل سز* *gūzel syz*, pulchri estis, *كوزلردر* vel *كوزلردر* *gūzeller*, vel *كوزل* *gūzel*, pulchri sunt. Idem omnino habent Poloni, ut *piekny* / pulcher sum, *pieknyś* / pulcher es, *piekny* / pulcher est, *Plur. piekniszy* / pulchri sumus, *pieknicie* / pulchri estis, *piekni* / pulchri sunt; affixo nimirum pro prima persona singulari *m* / pro secunda *s* / pro prima plurali *syn* / pro secunda *ście* / & suppresso aut subintellecto in tertia persona verbo substantivo nempe *ieść* / est, & *są* / sunt.

Imperfectum, & Perfectum.

Sing. ایدم vel ادم *idüm*, & sæpe conjunctim دم vel variis دم *düm* vel *idüm*, eram, & fui. *Bylem*.

ایدک vel ادک *idün*, vel دک *dün*, eras, fuisti. *Bylés*.

ایدی vel ادی *idy*, vel دی *dy*, erat, fuit. *Byl*.

Plur. ایدک vel ادک *idük*, & دک *dük*, eramus, fuimus. *Bylisy*.

ایدکز vel ادکز *idün-üz*, vel دکز *dün-üz*, eratis, fuistis. *Byliscie*.

ایدیلر vel ادلر *idiler*, vel دیلر *diler*, erant, fuerunt. *Byli*: vel affixo لr *ler*, nomini præcedenti & manente in singulari ایدی, ut کوزلر ایدی *güzeller idy*, pulchri erant. *Pietni* / vel *pietnyimi byli*.

Interferunt nonnulli و *waw*, ante finem & scribunt ایدوم *idüm*, eram, ایدوک *idün*, eras, ایدوک *idük*, eramus, ایدوکز *idün-üz*, eratis.

Alterum Imperfectum, & Perfectum.

Sing. ایمش *imisem*, & contractè مشم *misem*, eram & fui. *Bylem*.

ایمشن *imisfyn*, vel مشسن *misfyn*, eras, fuisti. *Bylés*.

ایمشدر *imistür*, vel ایمش *imis* vel مش *mis*, erat, fuit. *Byl*.

Plur. ایمشز *imisfyz*, vel ایمشز *imisfyz*, eramus, fuimus. *Bylisy*.

ایمشنر *imisfyz*, vel مشسنر *misfyz*, eratis, fuistis. *Byliscie*.

ایمشلر *imisler dü*, vel ایمشلر *imisler*, & affixo nomini præcedenti لr *ler* ایمش *imis*, erant ut کوزلر ایمش *güzeller imis*, erant, fuerunt pulchri: *Pietni byli*. Sed sic etiam potest esse in significatione præsentis, pro pulchri sunt, sicuti in aliis sæpe venit perfectum pro præsentis, ut dicunt بدم *bidüm*, pro scivi, & scio.

Quemadmodum autem hoc præteritum formatur à Participio Verbi, quod hic est ایمش *imis*, qui fuit, & Præsentis ایم *im*, vel م *em*, q. dicas, lum qui fui: sic formari quidem posset Plusquamperfectum ab eodem Participio & ab Imperfecto ایدم *idüm*, vel دم *düm*, & dicere ایمش ایدم *imis idüm*, vel ایمشدم *imistüm*, fueram, *bylem byl* / uti passim Plusquam perfectum Verborum regularium formatur; sed hoc rarissimè Turcis usitatur. Mutuantur potius hoc tempus, uti sæpe & alia omnia, à regulari اولماک *olmak*, esse & fieri, & dicunt اولماش ایدم *olmis idüm*, fueram, vel factus fueram. Sic اولوردم *olurdüm*, eram, fiebam, اولدم *oldüm*, fui, factus sum. Sic pro Futuro, quo caret Detentivum hoc ایم *im*, sum, dicunt

Futurum.

Sing. اولورم *olurüm*, ero & fiam. *Bede / stáne sis*.

اولورسن *olursyn*, eris, fies. *Bedzies / stánies sis*.

اولور *olur*, erit, fiet. *Bedzie / stáne sis*.

Plur. اولورüz *olurüz*, erimus, fiemus. *Bedziemy / stániemy sis*.

اولورسز *olursfyz*, eritis, fietis. *Bedzicie / stániecie sis*.

اولورلر *olurler*, erunt, fient. *Beda / stána sis*.

Vel, ut in Regularibus, dicent اولایم *olaim*, اولیسرم *olyserym*, اولاجیم *olajiam*, اولسام *olsam gerek*, ero, fiam. Sic & à Regulari sumitur,

Imperativus.

Sing. اول *ol*, sis, esto, fias. *Badz / stan sis*.

اولسون *olsun*, vulgò اوسون *osun*, sit, fiat. *Niech bedzie / niech sis stáne*.

Plur. اولالم *olalum*, simus. *Badzmy*.

اولکم *olun* vel اولکنز *olun-üz*, este. *Badzcie*.

اولسونلر *olsunler*, *osunlar*, sint. *Niech beda*.

Optativi & Subjunctivi tempora omnia petunt etiam à Regulari اولماک *olmak*, ut

Optativi Præsens & Imperfectum.

Sing. اولایدم *olaidüm*, essem & fuissem. *O bym / obym byl*. اولایدک *olaidük*,

دگسڻ *degül sin*, non es, دگدر *degüldür*, vel sine در *dür*, دگل *degül*, non est. Plur. دگلر *degüliz*, non sumus, دگسز *degülsiz*, non estis, دگلردر *degüller dür*, non sunt. Unde post Adjectivum گوزل *güzel degül*, non est pulcher.

Imperfectum & Perfectum.

دگل ایدم *degülidüm*, vel دگدم *degüldüm*, non eram, و non fui, دگل ایدک *degül idün-*, non eras, &c. ut in affirmativo, præposito دگل *degül*.

Sic دگل ایشم *degülimişem*, Idem

Et in subjunctivo دگل ایسم *degül isem*, si non sim, vel fuero, دگل ایسیدم *degül iseidüm*, si non essem, vel fuisset, &c.

Reliqua tempora desumuntur à Regulari اوامق *olmamak*, non esse, non fieri, ut اولم *olmam*, non ero, non fiam, اولمز *olmaz sin*, non eris, non fies, اولمز *olmaz*, non erit, non fiet & non potest esse aut fieri, اولمىز *olmazыз*, non erimus, اولمىز *olmazызыз*, non eritis, اولمزler *olmazler*, non erunt, non fient. Sic Imper. اولمه *olma*, non sis, non fias, اولمىسون *olmasun*, non sit, non fiat, absit, اولمىجالوم *olmajalum*, non simus, &c. &c. ut in بقت *bakmak*.

Sciendum autem hîc quòd verbum hoc anomalum substantivum ايم *im*, cum suo Imperfecto aliisque temporibus hinc derivatis & cum suo Negativo دگدم *degülem* دگدم *degülidüm*, &c. usurpatur tantum substantivè, quando est in regimine, hoc est quando utrinque est Nominativus, aut saltem aliquid aliud loco secundi nominativi, ut adverbium, præpositio aliqua, &c. ut اوده دگدر *ewde degüldür*, non est domi, non è in casa. Nam aliàs in tertia persona cum significatur possessio aut inexistencia aliqua, & deberemus dicere *Es ist/ es gibt/ vi è, c'è, il y a*, aut Polonicè in Negativo *nie maş / adhibetur Imperfonale وار *war*, vel وارد *war dür*, est, q. existens est, aut existit, adest, datur; v. g. جهمده اچده وارد *gebümde akcia war dür*, adest pecunia in mea pera. *Es gibt Geld in meinem Sack. Vi sono denari nella mia scarsella. Il ya de l'argent dans ma poche.**

Rurfus hoc ipsum Imperfonale وار *war* adhibetur pro verbo nostro *habeo*, [nam verbum illi correspondens non habent Turcæ] quod etiam Latini sæpe circumscribunt per *est mihi, est tibi pro habeo, habes, &c.* Turcæ autem loco Dativi personæ ponunt Genitivum aut pronomen possessivum sic بنم اچدم وارد *benüm akciam war dür*, habeo pecuniam, q. pecunia mea adest, vel datur, quod Latine diceret, *est mihi pecunia.* سنك *senün-akcian-war*, habes pecuniam, وارد *anün-akciafi war dür*, vel simpliciter وار *akciafi war*, habet pecuniam. Sic in Plur. بزم اچدم وار *bizüm akciamüz war*, habemus pecuniam, سزك اچدك وار *sizün-akcian-ыз war*, habetis pecuniam, وار *anlarün-akciafi war*, vel اچدك وار *akcialeri war*, habent pecuniam. Sic اغانك اچدسي وارمي *aghanün-akciafi warmi jokmi?* habetne Dominus pecuniam, nec ne, an non habet? Quod etiam bene exprimitur suppresso pronomine وار *akciam war*, habeo pecuniam, اچدك وارمي *akcian-warmi*, habesne pecuniam? Hæc autem habet tempora.

Indic. præsens.

وارد *war dür*, & sine در *dür*, وار *war*, est, adest, و habeo, habes, &c. *Vi è, c'è, & bô, hai, hà.* Il y a, & i'ay, tu as, il a, &c.

Imperfect. & Perfect.

وار ایدی *war idy*, وار ایش *war imiş*, erat, fuit, habebam, as, & habui, isti, &c.

Sequentia tempora mutuatur, à regulari اولمق *olmak*, ut اولد *oldy* اولمش *olmis*, fuit, habui, &c. اولمش *olmis idy*, adfuerat, habueram, &c. اولور *olur*, erit, habeo, &c. Imper. اولسون *olsun*, sit, habeam, &c. Optativi & reliqua ferè tempora, ut in regulari اولمق *olmak*, hoc est tertia persona cujuslibet temporis præposito ut plurimum وار *war*.

In subjunctivo tamen bene dicitur وار ايسه *war ise*, si adsit, si habeam, as, &c. وار ايسیدی *war iseidy*, si adfuisset, adesset, si haberem vel habuisset, es, &c. Item وار ايکن *war iken*, cum haberem, es, &c. Ejus

Ejus verò Negativum in Præsenti habet *يوقدر* *joktür*, vel suppresso *در* *dür*, *يوق* *jok*, non est, non adest, & non habeo, careo, cares, &c. ut *اقيدم يوقدر* *akciam joktür*, non habeo pecuniam, *اقيدك يوقدر* *akcian-joktür*, non habes pecuniam, *اقيدسي يوق* *akciasijok*, non habet pecuniam. Plur. *اقيدم يوق* *akciamüz jok*, non habemus pecuniam, &c. In Imperf. *يوق ايدي* *jok idy*, vel usitat. liquefacto *ق* *kaf* in *غ* *ghain*, *يوقدي* *jogbydy*, non erat, non habebam, as, &c. In Subjunct. *يوق ايسه* *joghysé*, vel *يوقسه* *joghse*, si non adfit, si non habeam, as, &c. Gerund. *يوق ايكن* *jogh iken*, cum non esset, non vi essendo, vel cum non haberem, es, &c. non hauendo, ò mentre non haueo, haucni, &c. Cætera ut in negatiuo Verbi *اولق* *olmak* regulariter.

¶ Arabibus est quidem Verbum substantivum *كان* *kâne*, fuit, factus est, quod ut Concarvum *قال* *käle* conjungatur; Sed sciendum, quòd, quemadmodum apud Latinos sepe & eleganter supprimitur tertia præsentis Verbi substantivi est, vel sunt, ut Ignoti nulla cupido, subintelligitur est, immò etiam nonnunquam aliæ ejusdem personæ non exprimuntur, ut, Ego Dominus, subint. sum, Tu solus Dominus, subint. es: ita in Arabicis semper supprimitur, nec, nisi ad vitandam amphibologiam, aut aliter necesse sit, exprimunt unquam personas Verbi substantivi in eodem præsenti Indicativi, ac interdum etiam alibi, e. g. dicitur *انا الطريق والحق والحيوة* *enet-terjkuwel bekkuwel hajätü*, Ego sum via, veritas & vita, *انت ابني* *entebni*, tu es filius meus, *انت اعلم* *ente a'lemü*, tu es doctior, vel meliùs scis, *الله اكبر* *allahü ekberü*, Deus est maximus. *من هذا* *men hâzâ*, quis est ille? *من هذه* *men hâzihi*, quæ est illa, ista? *من هذان* *men hâzâni*, qui isti duo? *من انتم* *men entüm*, qui estis vos? *انا تراب ورماد* *ennâ türâbün we remâdün*, quia nos pulvis & cinis sumus; & sic passim in omnibus & singulis personis hujus Præsentis, alibi autem rariùs, nisi ad hoc tempus revocari aliquo modo possit. In reliquis exprimunt tempora verbi *كان* *kâne*, prout requirit sensus.

Par ratio est, cum significatur inexistètia aut possessio, seu dum ponitur pro nostro habeo (quo seu ipsi correspondente æquè carent Arabes ac Turcæ.) Suppressâ enim tertiâ personâ verbi substantivi adhibent præpositiones, quæ significationem complent, ut *اعندك خبر* *e'yn-deke chubzün*, estne panis apud te? *وارمي اتمك سنده* *warmi etmek sende*, estne panis apud te? Gall. Y a-il du pain chez vous? Quod etiam per habeo commodè reddi potest habesne panem? *وارمي اتمك* *etmegün-warmi*. Aliàs pro habeo optimè redditur per Dativum, ut in latinis, ut *لي* *li*, mihi est, i. e. habeo, *لك* *leke*, habes, *لها* *lehu*, habet, Dual. *لكما* *lekümâ*, habetis vos duo, *لهم* *lehümâ*, habent illi duo, Pl. *لنا* *linâ*, habemus, *لكم* *leküm*, habetis, *لهم* *lehüm*, habent, & in fæm. *لك* *leki*, habes fæmina, *لها* *lehbâ*, habet, *لكن* *lekünne*, habetis, *لهن* *lehünne*, habent. Addito in aliis temporibus ipso verbo *كان* *kâne* regulariter conjugato.

In negatione idem fit, ut *لا* *lâ* vel *ما يوسف جاهل* *mâ iüsüfü bigiâhilin*, non est Josephus ignarus, quod etiam dici potest *ليس يوسف جاهل* *leise jüsüfü bi giâhilin*, Idem, *لا الله* *lâ ilâhe illâllâhu*, non est Deus præter verum Deum. Gall. Il n'y a qu'un Dieu. *لا احد فيها الا زيد* *lâ ahedün fi hâ illâ zejdü*, non est quisquam in ea, nisi Zejdus, *لا رجل في الدار* *lâ regiüle fiddâri*, non est vir quisquam in Domo, nemo est domi. Non v'è alcuno in casa.

Quoniam autem facta est mentio Verbi defectivi negativi *ليس* *leise*, unicum ejus præteritum tibi exhibeo. Præteritum dixi, licèt tunc sensus sit absolutus, & tempus etiam Præsens importet, quando prædicatum ejus afficitur particulâ *ب* *bi*, ut in exemplo supra-citato Est ergo Sing. *لست* *listü*, non fui, *لست* *liste*, non fuisti tu vir, *لست* *listi*, non fuisti, tu fæm. *ليس* *leise*, non fuit vir, *ليست* *leiset*, non fuit fæm. Dual. *لستما* *listümâ*, non fuistis vos duo, aut duæ, *ليستا* *lejsâ*, non fuerunt duo, *ليستا* *lejsëtâ*, non fuerunt duæ. Plur. *لنا* *lisnâ*, non fuimus, *لستم* *listüm*, non fuistis viri, *لستن* *listünne*, non fuistis mulieres, *ليسوا* *lejsü*, non fuerunt illi, *ليسن* *lisne*, non fuerunt illæ.

Perfæ etiam verbum habent substantivum defectivum quo utuntur ad formationem temporum seu perlonarum estque

Sing.

Sing. *am* vel junctum nomini *em*, *sum*, *am* vel conjunctim *est*, *est*. Pl. *im* vel *im*, *sumus*, *id* vel conjunctim *end*, *sunt*.

Alia tempora format regulariter à verbo *büden*, esse, ut *büdem*, eram & fui, *büdi*, eras & fuisti, *büd*, erat vel fuit, *büdim*, eramus, fuimus, *büdid*, eratis, fuistis, *büdend*, erant vel fuerunt.

Futurum *büwem*, ero, *büwi*, eris, *büwed*, &c. aut usit. à *bäsiden*, *bäsem*, ero, & fini, *bäsi*, eris, sis, *bäsed*, erit, sit, &c. Omnium enim temporum personæ, etiam, ut vides, in hoc verbo, fiunt per affixa prædicta verbi substantivi defectivi, suppresso in tertia *ast* seu *est*, & in Futuro loco ejus posito *ed*. Imper. *bäs*, esto, sis, *bäsed*, &c. regulariter. Infinit. *büden* vel *bäsiden*, esse. Part. *bäsä*, existens.

Negativa autem verba cum non habeant Persæ, dicant hic necesse est *ne em*, non sum, *ne im*, non sumus, *ne id*, non estis, *ne end*, non sunt. Rarò autem supprimunt quicquam, ne tertiã quidem personam verbi substantivi, habentque verbum nostro *habeo* correspondens, nempe *dästen*, habere. Unde jam tandem veniamus ad Paradigmata verborum regularium.

CAPUT QUARTUM

De prima Conjugatione & de formatione singulorum Temporum.

Prima Conjugatio Verborum Turcicorum est eorum, quæ Infinitivum habent in *mek*, ex quo Infinitivo tanquam themate effluunt cætera Verbi tempora & modi.

Paradigma primæ Conjugationis.

sewmek, amare.

Indicativi tempus præsens & futurum.

- Sing. *sewerim*, vel *sewerem*, vel communiter, *sewerüm*, amo.
sewersin, amas.
sewer, amat.
- Plur. *seweriz*, vel *sewerüz*, q. *seweriz*, amamus.
sewersiz & *sewersin-iz*, *sewersün-üz*, amatis.
sewerler, amant.

Fit hoc præsens seu futurum ab Infinitivo mutato *mek*, in *erüm*. In nonnullis tamen legitur *ürüm*, ut à *bilmek*, scire, fit *bilürüm*, non *bilerum*, scio, vel sciam; *gelmek*, venire, facit *gelürüm*, venio, veniam. Sic omnia Derivativa, & alia multa simplicia, quæ usus docebit. In verbis autem habentibus ante *mek* vocalem nostram, mutant tantum *mek* in *rüm*, ut *beklemek*, expectare, & assistere, custodire, *beklerüm*, expecto, expectabo, *söjlemek*, loqui, *söjlerüm*, loquor, loquar.

Circa primam personam nota à multis Turcis poni pro regulari terminatione ultimæ *rem*, ut *sewerem*; malunt tamen alii pronuciari *rim*, *sewerim*, alii *rüm* cum *rüm*, & hæc ultima inter cæteras, in vulgari præfertim sermone, est semper in usu, *sewerüm*, sed sono accedente ad *y* Polonorum, quasi *sewerym*.

Cæterum *sewer* est propriè Participium Activum, *amans*, seu *qui amet*, unde in tertia persona supprimitur, ut solet, *dür*, quod tamen posset addi, & dici *sewerdür*, amat, q. est amans. Primæ autem & secundæ adduntur Affixa Verbi substantivi simpliciter.

Sed hic statim observa, hoc tempus usurpari propriè pro Futuro, etsi bene ac sæpe pro Præsenti, pec. indeterminato. Unde si ipsius Præsentis temporis actio realis, seu operatio in fieri designanda sit, dicunt *sewijürüm*, vel *sewejürüm*, amo, q. sum in actione